



## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

52. De Iulianp præfecto, qui impudenter contra sacrum altare minxit. & de Felice & Elpidio, sacrilegis, eorumque horrendo interitu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

percussa, & ad tantam peruenit putredinem, vt vermes procrearentur, medicis laborantibus vincere affectionem. Cōficiebantur enim omnimoda preciosaque medicamina ex pinguis volatibus, vt eorum pinguedine corrupta, & putria membra linirentur. Hoc facto vermes ad superficiem prouocabant, quia in profundo ebullientes, per viuas serpebant carnes. Et donec moreretur, non fuit ab hac affectione securus. Hoc itaque claruit diuina indignatione factum, cū etiam custodes imperialium thesaurorum, & alij plurimi aduersus Ecclesias insurgentes, inopinata & miseranda morte defuncti sint, quasi superna indignatione damnati.

*Ex his tor. Ecclesiast. Tripartit. libr. 6. cap. 32.*

*De Iuliano p̄fecto, qui impudenter contrasacrum altare minxit, & de Felice et Elpidio, sacrilegis, eorumque horrendo intentu.*

C A P. L I I.

CVM sub Iuliano Apostata, iuberentur vasa Ecclesiarum sacra fisci ærario deputari, sublatis ianuis Ecclesiæ maioris, quam Constantinus ædificauerat, fit cunctis accessibile sanctuarium. Ingrediente siquidem Iuliano p̄fecto Orientis Ecclesiam, Felix p̄positus regalium thesaurorum pariter introiuit, & simul Elpidius Comes rerum privatuarum. Aiunt enim & Fœlicem & Elpidium prius Christianos, tūc à pietate recepsisse,

Ff 3      impio

impio principi parere cupientes. Julianus itaque præfctus impudenter contra sacrum altare minxit. Quem cùm Euzoios prohibere tentaret, eum ille perçussit in capite. Fertur autem dixisse, Christianorum inuentiones, leſtium cura non vacare, Porro Fœlix videns vasorum ornamenta, quæ Constantinus & Cōstantius frequenter obtulerant: Ecce in quibus, inquit, vas Mariæ filio ministratur? Sed pro his impietatibus vœsanisque præsumptionibus non post multum pœnas exacti sunt. Nam repente Julianus sequo morbo correptus, visceribus putrefactis interiit. Et excrementa non per meatus egestuos emittebat, sed scelatum os, quod blasphemis ministrauerat, organum huius excretionis est factum. Aliung autem illius vxorem fide fuisse clarissimam, eamque dixisse: Decet te marite laudare salutarem Christum, quoniam tibi per hanc correptionem, magnitudinem propriæ virtutis ostendit. Non enim agnoueras contra quem pugnare voluisti, nisi consueta longanimitate hæc tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo verbis & passionibus imminentis causam languoris cognoscens, rogabat Imperatorem, ut Ecclesia quibus fuerat ablata, redderetur. Sed nec illum flexit, & ipse terminum vita suscepit. Porro Fœlix & ipse repente flagellum virtute divina suscipiens, sanguine toto die simul & nocte ex ore fusso, & venis corporis vndique vacuat, omniq; virtute simul expensa,

& ip  
cont  
Vi  
c  
si  
d  
uine  
cerd  
diui  
& i  
vasi  
bus  
atqu  
& f  
rei  
gua  
mon  
Hie

& ipse celeriter est extinctus, æternæq; morti  
contradicetus.

*Victor lib. 1. de persecutione Vandala Pro-*  
*clus Arrianus ex Pallis altarium, camisias*  
*sibi & femoralia faciens, turpissima morte*  
*diuinitus consumitur.*

C A P. L I I I.

*Eisericus cùm immanissima persecuti-*  
*one in Catholicos crudelissimè desxui-*  
*ret, mittit Proculum quendam in pro-*  
*vinciam Zeugitanam, qui cunctos domini sa-*  
*cerdotes coarctaret, ad tradendum ministeria*  
*divina vel libros, vt primò armis eos nudaret,*  
*& ita facilius inermes hostis callidus capti-*  
*uasset. Quibus se non posse tradere clamanti-*  
*bus, ipse rapaci manu cuncta depopulabatur,*  
*atque de pallis altaris (prò nefas) camisias sibi*  
*& femoralia faciebat. Qui Proculus huius*  
*rei executor, frustatim sibi comedens lin-*  
*gam, in breui turpissima consumptus est*  
*morte.*

*Hieron. Emserius in vita S. Bennonis, Episco-*  
*pi Misnensis cap. 32. habetur autem in*  
*tom. Surij, 16. Iulij. Casula D. Bennonis dæ-*  
*mon fugatur, & de poena Marchionis*  
*Misnensis Ecclesiasticam libertatem vio-*  
*lantis.*

C A P. L I V.

*M*atrona quædam Misnensis dioceſeos  
ex villa Pretzendorff, propè Fribur-  
gam, nostra hac tempeſtate dæmonio

Ff 4 arre-